

RENATI
CHOPPINI

ANDEGAVICI

ET IN GALLICA CVRIA MAX.

ADVOCATI

DE SACRA POLITIA FORENSI

LIBRI III.

Ad HENRICVM III. Galliarum & Poloniz Regem.

Cum Indice Verborum, Rerumque locupletissimo.

Μέγιστε δὲξ τῷ θεῷ, Γρασεύετε, καὶ Βασιλεῖα. ἡμεῖς τοῖς θεοῖς ὑπερεταμένον, ἡδὲ τῷ
αὐθροῦντι ἐξαρχοῦσατε ἐν ἑπιμαλακίῃ. Justin. Nouel. 6.

ULTIMA EDITIO



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa,
sub Scuto Basiliensi.

M. DC. XXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



CHRISTIANISSIMO
REGVM REGI ERRICO
III. VALESIO.

RENAT. CHOPINVS, FOELICITATEM.



*Q*UOD precatus sum à Deo Optim. Maxim.
(PRINCEPS Sacratiss.) ut Ecclesiasticam Po-
litiam priscorum Regum virtute stabilitam, sed
difficillimis hysce collapsam temporibus, restitui
Orbi Christiano pateretur, id beneficio diuino im-
mortaliq̃ tuo letor identidem promoueri. Ex-
terna enim Civilisque Ecclesia disciplina, cuius
vindices se Maiores tui assertoresq̃ prabuerunt
acerrimos, euersa erat propemodum huius effranti
licentia seculi corruptioneq̃ degeneris posteruans.

Extremafen Civilis
Ecclesiaz Politia,

*Ast tue nunc & priuata in Superos Pietati, & publica huius Imperij Curæ
quantum tribui par est,*

*Te Duce, si quã manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine Terras.*

*Diabubus nempe illis Artibus ut initio parca est, ita retinetur reuocaturq̃ in
usum Censura Regia, Politicãque Ecclesie ministrorum Obseruatio: Quum
hec iuncta demum inflectere sensus humanos Edicta queant ac Vita Re-
gentis.*

*SCIO equidem de rebus Sacris iudicium esse Pontificum, non Principum:
Quod & Leontius Tripolitanus antistes Constanzio Imp. fertur in consuetu
Episcoporum respondisse. At nemo quoque negarit, Regium istud esse Cui-
liumque Magistratum munus, Ecclesie decreta tueri, conseruare, tum latis
legibus, omnes sacris addictos continere in officio: vrgendos etiam ad canonum
Ecclesiasticorum, veterisq̃ cultum discipline, Principali non minùs auctorida-
te quàm Pontificali. Alterius sic altera pascit opem res, & coniurat amicè
in politioris vite habitum à Clericis exigendum, externãque morum Poli-
tiam inter eos sancendam. Laudatus est enim vel ex eo Ioas Hebraeorum
Rex, quòd metuens ne Sacerdotes nummos interuerterent, qui efferebantur à*



REN. CHOPPINI
A N D E G A V I C.
 ET IN SVMMA PARISIENSI
 CVRIA ADVOCATI.

Ad venerandos Galliarum Pontifices.

ΠΡΟΘΕΡΙΑ.

De mutuis Ecclesiastica, Regiaeque Potestatis Officiis.



V M M V L T A diuinitus ad Ciuilem Societatem tuendam instituta sunt à Principibus Christianis: tum nihil præclarius, quam quod has duas res paribus inuicem studiis coluerunt, & D E I immortalis Religionem, & Iustitiam Politicam: quæ habet commune aliquod vinculum, ac cognatione veluti quædam inter se continentur. Non modò enim distinctis operis Pontifices Religionem interpretando, Magistratus iura dicendo, Rempubl. conseruant: sed inuicem quoque alter ab altero subsidia rerum gerendarum petere consuevit.

NA M (vt à Sacerdotibus ordiamur) Hieremias pius vates monebat populum haud dubio Numinis instinctu, vt pro Regis sui salute preces votaque effunderet. Daniel item interpres Diuinum dessebat arummas Iudaicæ Reipubl. edebatque grauisimas coniectiones de futuris Principatum, vel horum conuersionibus, vel illorum reuersionibus. Similiter apud Babylonios, Ezechiel haud leuiori angebatur reparanda Urbis cæra, quàm Ecclesiæ restituendæ. Ex quo sollicitos de Politis mortalium sacros Vates possis agnoscere. Eadem quippe in Patriam propensa voluntate, Zacharias Propheeta vigeabat per totam Ciuitatis, vt Aggeus Templi institutionem. Christi dehinc temporibus, commendati sunt à B. Paulo Ecclesiasticis precibus Ciuiles Gubernatores, vti sub eorum Ditione piam ducamus vitam ac tranquillam. Tunc enim conuenientes de more prodechristiani, Superos orabant pro incolumitate Romani Imperij, pro Cæsarium ministris, & Potestatibus seculi, pro rerum quiete, pro morâ finis. Vt Tertull. verbis vtar, in Apolog. aduers. Gentes. Eñq; spectantur Christianorum cautiones illæ antefuzanz, nocturnive cæcis, quas Plin. Hæterias Græco vocabitillo appellat. In Ep. ad Traian. Christiani dogmatis de morib. ciuilib. probatice, lib. 1. d. Ep. Hunc adeo ritum consecrariuis est posterior ætas, sumpto Agathenlis Synodi exordia ab imploranda Christi Seruatoris ope pro vita Principis Romani, cuiusq; Imperio cælestib. auspiciis ad augendo. Arminenlis necnon Cõcilij primates libello professi sunt ad Cõstantium Cæsarem scripto, Episcoporum functionem versari in supplicationibus Numinis, stabedlis Sincetisq; Martyribus, ad pacem Populi, incolumitem Angustis vitam ekorandam. Vt est apud Theodoritam Cyrõpolis Medõtra Antilicem. Hist. Ecclesiast. lib. 2. cap. 19. & 20. Quo nomine

Quanta sit Religio-
nis ac Imperij affinal-
tas, & coniunctio.

Quanta sit Religio-
nis ac Imperij affinal-
tas, & coniunctio.

Ecclesiæ, vobis ritè
nuncupatis, pro sa-
lute Principis Su-
peris supplicat.

Zacharie Prophe-
te vilius Politice.

Primi Christiani.